—— *Venice.*

7551. In Latin, on parchment: written in 1765 at Venice: 10×7½ in., 4 leaves: with illuminated frontispiece, border, &c.: in contemporary binding of morocco tooled in gold, rubbed in places.

Diploma of the University of Venice, conferring upon Nicolo Savoldello, son of Francesco Savoldello, of Venice, the degree of doctor of philosophy and medicine, 23 March, 1765; subscribed by Dominicus Romàgnoli, chancellor of the University, and others; with notarial attestation; on fol. 1v is the coat of arms of the recipient.

omnium admirabili quadam explicatione demonstrat, quodque maxi-
mi est momenti Morbos aufert, et sanitatem homini conservat, sine
qua nullę opes, nullę oblectationes, nulla Mundi gloria jucunda
esse potest. Ea de causa apud priscos primi hujusce disciplinę au-
ctores pari quodamodo honore cum Divis Heroibus celebrantur,
publicisque monumentis, et Statutis ad Medicę Artis laudem, ac
memoriam propagandam decorabantur. Jure itaq: optimo lau-
dibus extollendi sunt, qui ad Phylosophiam, Medicinamq: cape-
scendā totis viribus incumbunt, et digni existimandi, qui post
mortalium gloriam, quā sibi ex ejusmodi Studiis comparant, di-
gnū labore suo pręmiū assequantur. His itaq:, aliisq: rationibus
incitatus Egregius Juvenis D: Nicolaus Savoldello D: Franci-
sci, Venetus, ab ineunte ętate vitā suā universā in Phylosophię, et
Medicinę Studiis consumpsit, eorumq: cursu tandem consumpto,
cum ad digna laborū suorū pręmia animum intenderet ad pręę-
sentiā Nostrā sese contulit petens consuetis honoribus decora-
ri. Quocirca exacto prius jure jurando per eū pręstito in mani-
bus Illmi, ac Revmi PATRIARCHAE Venetiar., juxta Bullę felic.
record: PII Papę V., atque habita per viros fide dignos de non
mediocri in ipsa Artiū, et Medicinę facultate peritia, justissi-
mis illius petitionibus inclinati Nos Cancellarius, qui supra
auctoritate Nobis collata ex vi Privilegiorum felic: recordatio-
nis PAULI II. Sum: Pontif:, et Nos Prior, qui supra auctorita-
te Collegio Nro delata a Sacra Majestate FRIDERICI III:
Invictissimi Imperatoris, quibus fungimur in hac parte Egre-
giū hunc Juvenē fecimus Punctis ex more preassignatis in No-
stro D:D: Physicorum Collegio publicè (ut moris est) convoca-
to consuetis omnibus solemnitatibus pręhabitis diligenter, et
sumo cum rigore in Phylosophia, et Medicina examinari, qui
quidem in eo examine in punctis recitandis, et Magistrali mo-
re explicandis Argumentis omnibus, et controversiis, questio-
nibus, et objectionibus sibi factis per seriē repetendis, et pręę-
clarè solvendis, tam bene, tam laudabiliter, tam peritè se ha-
buit, atq: adeò egregiè se gessit, ut ab Exmis Doctoribus Col-
legii ibidem adstantibus Unanimi, et concordi assensu, votisq:
omnium suffragantibus, ac nemine eorum penitus, atq: penitus
discrepante, vel dissentiente, ac ne hęsitante quidem, Idone-
us

us satisq: peritus in Phylosophia, et Medicina fuerit judicatus, sicuti ex eorum votis secretò Nobis in Scrutinio porrectis constitit evidenter. Quibus omnibus ita prospectis Nos Cancellarius, et Vicarius antedicti concordes, et unanimes laudabilē, et usu comprobatā secuti consuetudinem Privilegiorum Apostolici, et Imperialis pręmissorum habita ratione Doctrinę facultatis in dicendo, methodi in interpretando, morumq:, ac virtutum ejus (quorū omniū certissimū specimen exploratus, et pertentatus exhibuit) de consilio, et consensu omniū Exmorum prędicti Collegii Doctorū pręsentium, et postulantiū pro Tribunali sedentes in loco Collegii Nri posito apud Ecclesiam S. Jacobi de Luprio in CHRISTI Nomine Approbavimus, et approbatū esse volumus, declarantes eumdem benè habilē, idoneū, ac dignū munere, officio, dignitate, et honore Doctoratus in Artium, et Medicinę facultate, ipsumq: continuò in Phylosophia, et Medicina Doctorē solemniter fecimus, et creavimus, ac per pręsentes facimus, et creamus, tribuentes Ei tamquā viro idoneo, et hac promotione dignissimo facultatem ascendendi Magistralem Cathedram, et Insignia Doctoratus a Promotoribus suis petendi, et recipiendi, ipsis verò Promotoribus hęc eadem illi impertiendi liberā potestatē. Pręterea Eidem plenā in DOMINO concedimus facultatē, et auctoritatē, qua possit in posterum in Phylosophia, et Medicina privatim, et publicè legere, repetere, docere, disputare, glosare, interpretari, questiones terminare, scolas regere, Bacalaureos constituere, Medicinęq: facultatē exercere, omnibus tandem, et singulis uti, et gaudere Privilegiis, pręrogativis, concessionibus, honoribus, ac indultis aliis quibuscumquē, quovis nomine censeantur, quibus aliorū Studiorū, vel Collegiorū Doctores, et Magistri, ex quibusvis Apostolicis, et Ecclesiasticis, Imperialibus, et temporalibus concessionibus, et indultis gaudent, et utuntur, aut uti, et gaudere possunt, aut poterunt quomodolibet in futurum, juxta formā, et tenorē Privilegiorū a pręmissis Romano Pontifice, et Imperatore huic Inclyto Studio, et Almo Collegio concessorum. Pręterea quęlibet in Italia, et extra Italiā Collegia intrare, et ad hęc assumi posse, et debere non obstantibus quibuscumq: Statutis, et consuetudinibus Civitatū, et Locorū, Universitatū, et Studiorū

quo-

quorumcumq: quavis auctoritate etiam Imperiali confirmatis, aliisq: contrariis, quibus expressè per tenorē pręsentiū derogamus prout in Privilegio bonę mem: FRIDERICI III: Imp: apud Nos satis apparet. Quibus ita gestis, et declaratis Clarissimus, et Exmus D: Nicolaus Polarol Artiū, et Medicinę Doctor Promotor illius in Phylosophia, et Medicina nomini suo, et Exmorum D:D: Antonii Raffaeli, Leonardi Sesler, Joseph Farina, Antonii Costantini, Arcadii Capello, Andreę Moscheni Artiū, et Medicinę Doctorum Compromotorum suorum, audita petitione prędicti D: Nicolai Savoldello, Eumdem Egregium D: permissu Nostro reverenter petentem, et acceptantem consuetis Ornamentis Doctoralibus ibidem decoravit, et solemniter insignivit. Tribuit enim illi Libros Sacrę Phylosophię, et Medicinę primò clausos, mox et apertos, Diademaq: Magistrale ejus Capiti imposuit, ipsū deinde aureo Phylosophię, et Medicinę Anulo desponsavit, pacisque osculum eidem exhibuit cum Magistrali Benedictione, atque ita sumā cum laude, et honore plurimo prędictus D: Nicolaus Savoldello ad summum Apicem Doctoratus in Phylosophia, et Medicina adiuvante DEO pervenit ~

In quorum omnium, et singulorum fidem, et testimonium has Nostras Patentes Privilegii Litteras describi jussimus, quas Collegii Nostri Sigillo mandavimus appensione muniri ~

Actum, et Datum Venetiis in Collegio Nostro apud Ecclesiam S: Jacobi de Luprio Anno a CHRISTI Nativitate Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto. Indict: XIII. Die vero Sabbathi Vigesima Tertia Martii ~ Pontificatus autem Sanctissimi in CHRISTO Patris, ac Domini CLEMENTIS Divina Providentia PAPÆ XIII Anno VII. ~

Pręsentibus ibidem Exti D: Angelo Bortolini Bidello Collegii, Vincentio Bortolini Vice-Bidello, et aliis Testibus ad pręmissa roboranda vocatis, et rogatis. ~

Nos Dom.ci Romagnoli Secr. Bon. in Bys-
statistas, ac Ill.mi Aplicis [illegible]

Nos Jo. Bapta Baitoni Prior Almi Collegii Med.
Phys. legitimum esse Privilegium hoc affirmamus

Ego Joseph Pirrucchi Consili.us aff.e

Depositis Processos Attestationibus,
registr. lib. I. pag. 11 n. 73.
Nicolaus Pollarolus
Almi Collegij Socius
et Archivista.

Ego Caesar Ant.s Zurbina J. Ord.s
Studij Pub.ci Venet.m Lect.s ac
praed.i Almi Colleg.i Vicecancel.s
In fidem sub.i et signavi

Veduto dall' Ill.mi, et Ecc.mi Sig.ri Sopra Proved.ri e Proved.ri alla Sanità il p.nte Privileggio di Medicina ottenuto in Venezia li 23 Marzo 1765 dall' Ecc.mo D.r Nicolò Sacoldello di Francesco hanno q.llo approvato, e licenziato ad [illegible]

Dat. dal Mag.to Ecc.mo alla Sanità li 26 Marzo 1768

Andrea Diedo Sop.a P.r

1807. 25 Martii
Vidit Augustinj

Angelo Memo Sop.r Prov.re

Carlo Vicenzo Morosini Pro.r

Zaccaria Vallaresso P.r

Giuseppe Ant.o Zambonin [illegible]

Venetijs die prima Augusti 1803

Vid.s et in acta Cel. R. Gub. referre curavi

Piccioli Conf.o R.S.S. ac Delg.o Med.l